

Petrus Tomicki episcopus Poznaniensis
regni Poloniae vicecancellarius, Joanni
Laski archiepiscopo Gnesnensi legato
nato, primate.

184

Reverendissime in Christo pater et domine ma-
ior colendissime. Intellexeram dudum capitula pro-
vincia vestra paternitatis contraria illi fuisse de
agenda synodo ante conventum generalem, etiamque
et ego eius sententia, magis expedire capitula
quaque seorsum inter se consilium capere de re-
bus nostris, et reipublice impendentibus, ac de-
mum nobis episcopis cum adiunctis ex se
aliquibus fratribus, resolutionem secretam dare,
ad quem finem veni ducere, et ad quid con-
sentire deberemus, quam acto communi gene-
rali consilio nostro, multas difficultates ingerere
nobis et actionibus publicis, vulgatis, ut nunc
sunt mores, ante conventum consilium nostris,
prout haec latius vestra paternitati per domi-
num Rambieski significavi. Quando vero sa-
era maiestas regia censet et velit synodum
ipsam agi, ne quid ob hanc rem, cum ita
sit nobilitati promissum, difficultatis et impe-
dimenti oriretur; videtur mihi ut paternitas
vestra illam agere curet, idque Piotrcovia una
septimana prius, quam conventus sit indi-
ctus, ad quam ego etiam venire possem, veni-
rent uno itinere et abbates cum privilegiis

ad

ad conventum ipsum vocati, et quibus Damna
sunt illata. De quibus et aliis omnibus rebus,
commodius esset agere et consulere sub ipso
conventu, et unâ omnes existentes quam ali-
as. Haec uti sentio, vestre paternitati reveren-
dissime scribo, quae utrunque secum consti-
tuerit, non moretur dominis episcopis et ca-
pitulis declarare. Cui me et mea obsequia
ex animo commendo, et cupio ut sit vos
spes et incolumis. 1524.